

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Pio Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601



VENERABILIS PATRIS
T H O M Æ à J E S U,
 CARMELITÆ DISCALCEATI,
 LIBER DE
R E G U L A R I U M
 VISITATIONE.

IN QVO CLARE , AC BREVITER EA OMNIA,
 quæ in Visitandis Regularibus, tam quoad Theoriam, quam
 quoad Praxim observanda sunt, ex communi Theolo-
 gorum doctrina diligenter excerpta, traduntur.

PIO LECTORI.

Ne explicanda visitandi forma ac methodo, hac nostra tempestate sedulò quā plurimi prestan-
 tiissimi , ac magna eruditionis viri laborarunt;
 verum in elucidandis variis questionibus magis
 quam ad praxim , & ad theoriam potius spe-
 ciantibus , horum non pauci omnem navasse
 operam visi sunt , ceteris adeò obscurè relictis, ut ipsorum doctrinam
 ad rectum, practicumque visitandi modum applicare difficultimum
 sit. Quod cum mihi jam pridem multoties animadvertere contigis-
 set, ab aliis Theologia studiis nonnihil otii nactus , Regularium uti-
 litati consulere cupiens , opera pretium facturum me existimavi , si
 que à sapientissimis viris de hac materia prælo , scriptis vè tradita
 sunt , atque simul à me ipso non exiguis experimentis comperta , ad
 peculiares præceptiones redigere , brevique perstrictâ methodo (quan-
 tum res ipsa permittit) ab omni penitus obscuritate removere cona-
 rer: quod D E O dante factum credo. Hic meus igitur fuit scopus
 (Candidus Lector) cui si non satis ubique successus responderit ; vo-
 luntatem tamen , & conatum meum , tunc Divinæ Majestati , tum
 benevolo animo tuo , gratum atque acceptum futurum confido.

PRO-